

R. P. D. THOMÆ  
DEL BENE,  
MARVBIENSIS,  
CLERICI REGULARIS,

SACRÆ THEOLOGIAE PROFESSORIS.

In Urbe Examinatoris, Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis  
Qualificatoris, aliarumque sacrarum Congregationum Consultoris;

DE IMMVNITATE,  
ET IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA.

OPVS ABSOLUTISSIMUM IN DVAS PARTES DISTRIEBUTVM.  
In quo non solum pertractantur dilucidè omnes dubitationes discessit à Doctoribus qui de hac  
materia hucvsque scripserunt; sed etiam plures aliae ab aliis penè intactæ, perviles, & necessariae;  
omnesque huius materiæ causis ad utrumque forum, tam internum, quam externum spe-  
stantes, ex suis principiis, probationum claritate, admirabili per omnia methodo, ex Summorum  
Pontificum Constitutionibus, Sacrarum Congregationum Cardinalium declarationibus, ac Sac-  
ræ Rotæ Romanae decisionibus plenè, & accurate diluuntur.

Jan. Marguet

EDITIO TERTIA PRIORIBVS LONGE CASTIGATOR.

CVI ACCESSERE BVLLÆ PONTIFICIAE, DECLARATIONES,  
& Decreta ium S. Congregationis Immunitatis Ecclesiastica, ium SS. Congregationum S. Concilij Tri-  
dentini, & super Episcopis, & Regularibus; nouissimaque Additiones alphabeticò ordine digestæ, qua  
totam fere doctrinam in hisce duabus Partibus traditam vel confirmant, vel explicant.

Summo studio, patique fide, partim à R. P. Fr. ADOLPH. BAPT. BORDE partim ab eruditissimo viro R. J. COUD  
ad annam usque 1671, cum eorum indice collecta, recognita, & in meliore formam digesta.

PARS PRIOR



LUGDUNI  
Sumpt. LAVRENTII ARNAVD, & PETRI BORDE.

M. DC. LXXIV.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV.





EMINENTISSIMO, ET REVER<sup>MO</sup> PRINCIPI,

FRANCISCO  
BARBERINO,  
S.R.E.CARDINALI,  
THOMAS DELBENE,  
CLERICVS REGVLARIS, F. P.

**A** Deò vehemens Tibi gratificandi studium me tenuit, EMINENTISSIME PRINCEPS, vt ruberem vultu, & discruciarer animo, diu coram Te silens, & vacuus: ideoque iniurius essem meæ conscientiæ, quòd inofficiosus viderer tuæ Amplitudini. Quare iucundum satis mihi præsens hoc Opus absoluisse accidit, quòd illud in famæ, virtutisque tuæ templo suspenderem ad obsequantis animi argumentum. At dum venire pergo, grauiùs in tuam me maiestatem nunc, quàm anteà in humanitatem peccare animaduerto, accusorque impudentiæ, vt pote quàm eximio Principi quàm exiguum munus offeram non expendens. Suspensus itaque animo magis quàm gresfu; & ulteriùs progredi, an regredi debeam, igno-



R. P. THOMÆ  
DELBENE,  
CLERICI REGVL.  
DE IMMVNITATE,  
ET IVRISDICTIONE  
ECCLESIASTICA,  
PARS PRIMA.



CAPVT PRIMVM.

*De Immunitate Ecclesiastica, & modis quibus  
aditur illa in communi.*

000 000 000 000 000 000 000 000 000 000 000 000 000

D V B I T A T I O I.

Quid, & quotuplex sit Immunitas  
Ecclesiastica?

S V M M A R I V M.

- 1 *Immunitas dicitur quasi munera vacatis, & munus significat onus, cuius remissio, & liberatio immunitatem praeflat.*
- 2 *Immunitas Ecclesiastica est ius, que loca, res, vel persona Ecclesiastica à communi onere, seu obligacione libera, & exempta sunt.*
- 3 *Immunitas Ecclesiastica alicui nomine vocari solet libertas, seu exemptione Ecclesiastica.*
- 4 *Immunitas Ecclesiastica nomine non veniant alicuius Ecclesiae, vel alicuius Ecclesiastica personae particularis exemptiones, seu privilegia, sed veniant solum exemptiones illae, que totius statuti Clericorum, vel omnibus locis, aliique rebus Deo particulariter dicatis communes sunt.*
- 5 *Clerici neque cum consensu Superioris, neque etiam cum iuramento Ecclesiastica immunitati renunciare possunt.*
- 6 *Immunitas Ecclesiastica non ob particularem aliquem Thom, Delbene, de Immunit. Eccl. Pars. I.*

rum, sed ab communem Ecclesiastica Hierarchia fauorem infinitata est.

7 *Serua in panalibus propriet, & quad principalia interpretari debet.*

8 *Pana violatorum immunitatis est de immunitate propriet, & formaliter dicta, hoc est de illa, que formaliter competit toti Ecclesia.*

9 *Immunitas Ecclesiastica est triplex, localis, realis, & personalis.*

**R**ESPONDETVN, immunitatem dici quasi munera vacationis, propter munus inter alia significat onus, cuius remissio, seu liberatio immunitatem praeflat. I. *munus, ff. de verbis significat & l. ff. de iur. immunit. Quapropter Immunitas Ecclesiastica definitur: Est ius, quo loca, res, vel persona Ecclesiastica à communi onere, seu obligatione libera, & exempta sunt: & ideo alicui nomine vocari solet libertas, seu exemptione Ecclesiastica, ergo cap. aduersus de Immunit. Eccl. & tradunt Synt. verb. Immunitas, in princip. Contra. 2. resol. cap. 20. I. Lupas de libertat. Eccl. p. 2. quod. 1. 1. Sunt. de Immunit. Eccl. lib. 4. cap. 1. & de censu dispe. 11. seil. 1. num. 89. Azot. tom. 1. lib. 9. cap. 8. & alij psalm.*

Dixi in punctali, quo loca, res, vel persona, &c. quia nomine Immunitatis Ecclesiasticae, itavt sacrilegium, & excommunicatione incurvatur, non veniant alicuius Ecclesiae, vel alicuius Ecclesiasticae personae particularis exemptiones, seu privilegia (quamvis & haec immunitas Ecclesiastica dici possint ex subiecto, cui intitul) sed veniant solum exemptiones illae, que totius statuti clericorum, vel omnibus locis, aliique rebus Deo particulariter dicatis communes sunt, & adequate toti Ecclesiae, quia tota est, insunt, tunc contra Decimationem